

Plato. & dialogos Platonis, & librum Xenophō-  
 Xenop. tis de dictis & factis Socratis. Cūm Thera  
 Thera. mentes vir egregia laude cumulatus con-  
 iectus in carcerem iussu tyrannorum ven-  
 enum ut scitans obduxisset, reliquum ita  
 ē scypho proiecit, vt sonum redderet: quo  
 effecto arridens: Propino, inquit, hoc Criti-  
 tix. Eratenim Critias ille, qui eum incre-  
 dibili odio persecutus, eadem illi fuerat  
 machinator. Soliti enim erant Græci inter  
 epulas eum nominare, cui erant pocu-  
 lum porrecturi. Non luderet vir illustri  
 amplissimis constantiæ ornamentis deco-  
 ratus, cūm ad exitum vitæ vocaretur, cū  
 iam præcordiis conceptam mortem con-  
 tineret, nisi esse animam immortalem in-  
 telligeret. Quid dicam de Platone illo nō  
 Plato. solum intelligendi, sed etiam dicendi au-  
 thore gratissimo, cuius opera sunt & sen-  
 tentiarum amplitudine, & maiestate ver-  
 borum plenissima? Is in dialogis suis præ-  
 ferim in eo, qui inscribitur Phædo, siue  
 de animi immortalitate, multis eam ratio-  
 nibus comprobauit. Tantus fuit huius im-  
 mortalitatis amor, quo multū flagrarunt,  
 tanto studio eius assequendæ exarserunt,  
 vt irruerent in interitum voluntarium.  
 Tanquam enim essent in cælum statim  
 migraturi, seipfos occidebant: vt Clean-  
 tes, Chryssippus, Zeno, & ex Romanis Ca-  
 to Vicensis Socraticæ traditionis imita-  
 Plutarc. tor. At enim Plutarchus in eius vita, illū  
 priusquam sibi manus intulisset, perlegis-  
 se Platonis librum de immortalitate ani-  
 me, & ad eandem sui ipsius philosophi au-  
 thoritate impulsus esse. Id fecisse quo-  
 que Ambraciotem ait Laëtantius Firmia-  
 nus magni nominis scriptor in tertio diui-  
 narum institutionum: qui eodem libro  
 Laëtan. perlecto præcipitem se dedit, vt animæ  
 æternitate fruere. Incidebant illi in er-  
 rorem intolerabilem, & inexpiabilem cul-  
 pam, quoniam vetat dominans ille in no-  
 bis Deus iniussu hinc nos suo demigrare.  
 Graue scelus est occidere se hominem,  
 sed mortem æquo animo tolerare lauda-  
 bile est, & appetendum. Debemus animū  
 in custodia corporis retinere, nec iniussu  
 eius a quo est creatus, est nobis ex homi-  
 num vita migrandum, ne munus assigna-

tum à Deo defugisse videamur. At si opus  
 fuerit, debemus pro fide, & religione, &  
 honore Christi sanguinem fundere, ac  
 magis gloriam eius, quàm vitam nostram  
 æstimare. Sed etsi illi in errore versaban-  
 tur, quod irruerent in eadem voluntariè,  
 restamen de animi immortalitate eos nō  
 fallebat. Xenophon in Pædia inducit Cy-  
 Xenop. rum morti proximum ita filiis suis loque-  
 tem: Num existimare filii, quos admi-  
 rabili prosequor amore, me, cūm ab hac vi-  
 ta migrauero, nusquam aut nullum fore.  
 Nam nec dum vobiscum communicabā,  
 animum meum incubamini, sed corpus  
 hoc esse eius domisilium intelligebatis.  
 Eundem eum esse creditote, etiamsi mo-  
 dō separetur è corpore. Marcus ille Tu-  
 M. Tul. lius, Latinorum decus, qui eloquentia &  
 philosophia non solum homines sui tem-  
 poris, sed etiam Romanorum omnium  
 memoriam superauit, in sexto libro de re  
 publica Scipionem Africanum maiorē,  
 qui iam excesserat è vita, in hunc modum  
 loquentem facit: Sic habeto, omnibus  
 qui patriam conseruauerint, adiuuerint,  
 auxerint, cetum esse in cœlo ac definitū  
 locum, vbi beati æuo sempiterno fru-  
 unt. Et interrogatus viueret ne ipse, & alii,  
 qui putabantur extincti: Imò verò, inquit,  
 hi viuunt, qui ex corporum uelulis tan-  
 quam è carcere euolauerunt, Vestra verò  
 quæ dicitur vita, mors est. Idem in oratio-  
 ne pro Sestio: Corpus, inquit, hoc est mor-  
 tale, animi verò motus sempiterni. Et in li-  
 bro de Vniuersitate: Qui recte & honeste  
 curriculum viuendi à natura datum con-  
 fecerit, ad astra facile reuertetur: non qui  
 aut immoderatè, aut intemperanter vixe-  
 rit. Et in libro de legibus secundo: Omnium  
 animi sunt immortales, sed bonorum for-  
 tumque diuini. In hac fuerunt sententia  
 omnes magni philosophi: qui autem ab  
 ea discreparunt, semper apud viros sapien-  
 tes in silentio iacuerunt. Credebant viri il-  
 li virtutem esse immortalem: cum autem  
 virtus sit habitus in anima, aiebant fieri  
 non posse, quin anima esset immortalis.  
 Deinde, Omne quod est incorruptibile,  
 vt eorum vtat ratiocinationibus, est im-  
 mortale: atqui anima est incorruptibilis,  
 est